

A Religiosis Carmelitanis Discalceatis
ad Regni Cancellarium.

In publicis negotijs Reipublice expediendis Illm
Celsi existentem privatis Nostri Literis compellere com-
pellimur. Minime de I Illi Celsi benevolentia diffidentes,
et non tam temeritatis titulo, quam urgentis necessitatis
impulsu. I. I. C. auctoritatem exposcimus in Negotio univer-
sum Nostrum Sacrum Ordinem concernente I. I. C. presen-
tibus Literis Nostri explicando. Patres Nostri Carmelite
nimirum discalceati ex Decreto Sanctissimi Domini Nostri
Urbani octavi et Sacre Cardinalium Congregationis de
propaganda fide et ex consensu Imperatoris Turcarum à
tribus fere annis à Capitulo Nostro Generali missi in Pale-
stinam Montis Carmeli jure emptionis pacificam obtinue-
runt possessionem, ut patet in transcripto Instrumento,
Modo Rudi Patres Carmelite vulgo dicti mitigati oportu-
nam nacti occasionem cum prejudicio nostre pacifice
possessionis attentant quæsito et impetrato S. R. M. fa-
vore per Illm Dm ejusdem Sacre Regie Mttis Lega-
tum, apud Turcarum Imperatorem obtinere eundem
locum Annis prius pacifice possessum et jure emptio-
nis acquisitum, contra prohibitionem Sacre Cardina-
lium Congregationis, de propaganda fide innoxiis
bus itaque obviando, malis ne ex aliquo religiosorum
disfidio subsequenti oriantur in terris infidelium
Supplicandum I. I. C. duximus, ut Sacra Regia Mttis
I. I. C. auctoritate et persuasione inducta, cognita rationis
equitate istud negotium R. R. P. Carmelitarum Mit-
igatorum cum prejudicio nostre pacifice possessionis

per Illrem Dominum Legatum suum apud Turcarum
Imperatorem subtrahere suo Regio favore promovere desinat
Porro conservata Juris Nri indemnitatem Nostrarum quoque
partium pro S. P. M. conservando pacifico regimine et
I. N. incolumitate D. O. M. continuis exorare votis. Inte-
rim me ordinemque Meum I. N. C. commendatum esse
cupio et postulo. Leopoli in Conventu Nostro Sancti
Michaelis Archangeli Carmelitarum Discalceatorum
15 Septembris Anno 1633.